

*Vique quis innumeros modulatur gutture
cantus*

*Mirans laeta nouum solis in orbe iubar;
Sic tua torpentem laxauit Epistola venam
Pectus ubi afflauit suada diserta meum.*

*Ast minus hinc iustas subeunt mea carmina
leges*

*Dum sponte innumeros non remoranda
ruunt.*

*Iam feror Icariis ignota per aethera pennis,
Fidere non tutis viribus ausa meis,
Mox pauidi deuexa subit Phaëthonis imago
Tentans praecipiti carminis ire via.*

*At meritos virtute tuos mea tangat honores
Pagina, sit laudis pars quotacunque tuae.
Quis, licet ingentis succumbam pondere molis
Obruta, non votis annuat ergo meis?*

*Hic mecum reliquas sistens Hollandia curas,
Gestiet applausus ingeminasse tibi;
Qualiter exceptus communi Tullius ore
Cum streperet toto mota corona foro.*

*Quid ni? hoc ingenium, mores, facundia sua-
dent*

Et fortuna notas reddit ubique pares.

*Hic igitur patrio, vel solum gratulor orbi,
Dum sibi vult plus quam consuluisse tibi;
Nam si tanta premant diuinos Munera cantus,*

Q 5

Quid